Non intendimus autem per praesentes super aliqua alia irregularitate vel publica vel occulta, seu defectu aut nota, aliave incapacitate, aut inhabilitate quouomodo contractis dispensare, vel aliquam facultatem tribuere super praemis dispensandi, seu habilitandi, et in pristinum statum restituendi etiam in foro conscientiae; neque etiam derogare Constitutioni cum opportunis declarationibus edictae a fel. record. Benedicto XIV. Praedecessore nostro incipien. — Sacramentum pœnitentiae — sub datum Kalendis Junii Anno Incarnationis Dominicae 1741. Pontificatus sui anno primo. Neque demum easdem praesentes iis qui á Nobis et Apostolica Sede, vel ab aliquo Praelato, seu Iudice ecclesiastico nominatim excommunicati, suspensi, interditi, seu alias in sententias et censuras incidisse declarati, vel publice denunciati fuerint, nisi intra tempus dictorum sex mensium satisfecerint, et

blicamente denunciados, á menos que dentro del tiempo de los dichos seis meses hubieren satisfecho, y en caso necesario, se hubieren compuesto con las partes.

Mas si algunos despues de haber empezado á cumplir las obras impuestas con animo de ganar este Jubileo, por cogerles la muerte, no pudieren completar el número determinado de las visitas. Nos, deseando favorecer benignamente á su piadosa y pronta voluntad, queremos que hallándose los mismos verdaderamente arrepentidos, y confesados y comulgados, sean participantes de la sobredicha indulgencia y remision, del mismo modo que si efectivamente hubiesen visitado las referidas iglesias en los dias señalados. Pero si algunos despues de haber conseguido en virtud de las presentes las absoluciones de las censuras, ó las conmutaciones de los votos, ó las dispensas sobredichas, mudaren el propósito serio y sincero, que por otra parte se requiere para el dicho efecto, y que tuvieron de ganar el mismo Jubileo, y por consiguiente de cumplir las demas obras necesarias

cum partibus, ubi opus fuerit, concordaverint illo modo suffragari posse, aut debere.

Caeterum siqui post inchoatum hujus Jubilaei consequendi animo praescriptorum operum implementum morte praeventi praefinitum visitationum numerum complere nequiverint, Nos piaae, promptaeque illorum voluntati benigne favere cupientes, eosdem vere poenitentes, et confessos, ac sacra Communione refectos praedictae indulgentiae et remissionis participes perinde fieri volumus, ac si praedictas Ecclesias diebus praescriptis reipsa visitassent. Si qui autem post obitas vigore praesentium absolutiones á censuris, aut votorum commutationes, seu dispensationes praedictas, serium illud ac sincerum ad id alias requisitum propositum ejusdem Jubilaei lucrandi, ac pròinde reliqua ad id lucrandum necessaria opera adimplendi mutaverint, licet propter idipsum á peccati reatu immunes censerì vix possint; nihilominus hujusmodi absolutio-

para lograrlo, aunque por esta mudanza de propósito apenas pueden juzgarse libres de reato de pecado; sin embargo determinamos y declaramos que permanecen en su vigor las tales absoluciones, conmutaciones y dispensas obtenidas por ellos con la expresada disposicion.

Esta razon pública de nuestra deliberacion y voluntad la dirigimos principalmente á todos los Patriarcas, Primados, Arzobispos, Obispos, y otros Prelados ordinarios de los lugares, ó que en defecto de los tales Obispos y Prelados, egercen legítimamente la jurisdiccion local ordinaria, que estan en gracia y comunion con la Silla Apostólica: y á todos ellos rogamos encarecidamente, y suplicamos con instancia por el nombre de Jesucristo nuestro Señor y Príncipe de todos los Pastores, que mirando á la piedra de donde han sido cortados, deseen con ansia manifestar tambien en esto su unidad y comunicacion con la Iglesia Romana. Y así, anuncien y declaren á los pueblos confiados á su cuidado y fidelidad este tan grande bien, y no omitan instruir-

nes, commutationes, et dispensationes ab ipsis cum praedicta dispositione obtentas in suo vigore persistere decernimus ac declaramus.

Hujus autem concilii, et voluntatis nostrae declaratae rationem dirigimus praecipue ad omnes Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos, aliosque Ordinarios locorum Praelatos, sive ordinariam localem jurisdictionem in defectu Episcoporum et Praelatorum hujusmodi legitime exercentes, gratiam et communionem Sedis Apostolicae habentes; eosque omnes per nomen Domini nostri, et omnium Pastorum Principis Jesu Christi enixe rogamus, atque obsecramus, ut attendentes ad petram, ex qua excisi sunt, suam cum Romana Ecclesia unitatem, et communicationem in hoc etiam ostendere gestiant. Populis itaque curae, ac fidei suae concreditae hoc tantum bonum annuncient, et declarent, atque eos de ineffabili Dei providentia,

los con paternal diligencia acerca de la inefable providencia de Dios, y de su benignísima caridad para con nosotros, que resplandece sumamente en la institucion y en los efectos del Jubileo. Porque con razon seria inexcusable, y por lo tanto indigno de que Dios le concediese en algun tiempo su misericordia, cualquiera pecador que no se aprovechase de una ocasion tan amplia y facil para conseguir el perdón. Será pues del cargo y oficio episcopal procurar con sumo estudio, que todos los fieles de Cristo reconciliados por medio de la penitencia con Dios autor de la verdadera salud, conviertan en provecho y utilidad de sus almas la gracia del Jubileo. Mas juzgamos que esto no podrá verificarse, si vosotros, venerables hermanos, unánimes con Nos, no os dedicais con gran corazon y buena voluntad á cumplir esta parte del oficio pastoral. Para que podais apacentar recta y útilmente la grey de Dios que está entre vosotros, apartadla ante todas cosas de los pastos envenenados, que en todas partes y engañosamente se

ejusque benignissima in nos charitate, quae in Jubilaei institutione, et effectibus maxime elucet, pastoralis diligentia admonere non praetermittant. Inexcusabilis enim jure meritoque habendus esset, ac propterea indignus, cui Deus misericordiam suam aliquando impertiret, quicumque peccator tam ampla, tamque facili veniae consequendae copia non uteretur. Episcopalis igitur muneris et officii sit summo studio curare, ut Christifideles omnes per penitentiam verae salutis auctori Deo reconciliati, Jubilaei gratiam in animarum suarum lucrum utilitatemque convertant. Hoc autem minime fieri posse arbitramur, nisi Vos, Venerabiles Fratres, hanc pastoralis officii partem corde magno, et animo volenti Nobiscum unanimes implendam suscipiatis. Ut pascere, qui in Vobis est, gregem Dei recte et utiliter valeatis, cum abducite primum a venenatis pascuis, quae ubique, et insidiosae ad exitium illi obijciuntur, detegite laqueos hic illic latentes, et adversus nefandam tot errorum colluviem,

le ofrecen para la muerte, descubrid los lazos que aqui y alli se encubren, y confirmad á vuestra grey con amonestaciones santas y oportunas contra la abominable inmunda inundacion de tantos errores, y contra tantos dogmas impios de hombres corrompidos. Y si os ocurrieren hombres que no sufren la doctrina sana, y apartan sus oidos de la verdad para convertirse á las fábulas, vosotros no caigais de ánimo, antes bien acordandoos del cargo que teneis y del motivo porque se os ha encomendado, argüid, suplicad con instancia, reprehended con toda paciencia y doctrina; y no ceséis hasta que Cristo en vosotros y por vosotros reine en todas partes, y en todas partes triunfe. No os atemorice el número, la astucia y el furor de los enemigos; porque si el Señor nos ha ofrecido una lucha fuerte, es para que venzamos y conozcamos que la Sabiduría es todo poderosa, aquella sabiduría divina, con cuyo auxilio conductor de los pasos y directivo de las manos y corazones de los Pastores cristianos, las puer-

ac tot pravorum hominum impia dogmata Vos gregem vestrum sanctis, aptisque monitis confirmate. Quod si forte occurrant Vobis qui sanam doctrinam non sustinent, et a veritate auditum avertunt, ut ad fabulas convertantur, Vos ne despondeatis animum, sed memores cujus personam geratis, et cujus causa Vobis commissa sit, arguite, obsecrate, increpate in omni patientia et doctrina; nec cessetis donec Christus in Vobis, et per Vos ubique regnet, ubique triumphet. Nec Vos hostium numerus, calliditas, aut furor deterreat; nam certamen forte quidem dedit nobis Dominus, sed ut vinceremus, et sciremus quoniam omnium potentior est sapientia; ea utique sapientia divina, qua Christianorum Pastorum gressus praecedente, atque dirigente manus et corda, nunquam portae inferi praevaluerunt, aut praevalerent adversus Ecclesiam Christi. In primis autem omni vigilantia et studio in id incumbite, ut de medio gregis vestri tollatis tot impios, impuros, et pestilentes libros, quos virulentus hostis humani ge-

tas del infierno nunca prevalecieron, ni prevalecerán contra la Iglesia de Cristo. Mas en primer lugar, ocupaos con toda vigilancia y cuidado en quitar de en medio de vuestra grey tantos libros impios, impuros y pestilentes, como el virulento enemigo del género humano vomita por todas partes con increíble inundacion, y por los cuales se debe ahora mayormente llorar con el Profeta: „La maldicion, y el hurto, y la mentira inundaron la tierra, y un pecado alcanzó á otro pecado”. Todos los buenos se lamentan, de que con esta peste de libros malignos no solo se pierden las costumbres, sino que tambien se combaten los fundamentos de la fe, y se derriban todos los dogmas de nuestra santísima Religion. Embraced, venerables hermanos, con un mismo espíritu y con una misma mente, embraced el escudo de la fe, con el que podais apagar todos los dardos encendidos del espíritu maligno, empuñad la espada del espíritu, que es la palabra de Dios, y pelead con valor. Si Dios está por nosotros, quién contra

neris incredibili collusione eomit undequaque, et propter quos nunc maxime lugendum est cum Propheta: maledictum, et furum et mendacium inundaverunt super terram, et sanguis sanguinem terigit. Nec mores tantummodo pessum ire, sed Fidei etiam fundamenta concuti, et Religionis nostrae sanctissimae dogmata omnia labefactari hac pravorum librorum peste boni omnes lamentantur. Assumite, Venerabiles Fratres, uno spiritu, et una mente, assumite scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere, arripite gladium spiritus, quod est verbum Dei, et certe bonum certamen. Si Deus pro nobis, quis contra nos? Nec diffidatis charissimos in Christo Filios nostros Reges et Principes omnes Catholicos certissime futuros esse pro Vobis. Cum enim plerique eorum pro Jubilaci ad sua quisque regna et dominia extensione, quod Nos jam longe antea Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum exemplo ad universum orbem extendere decreveramus, Nobis pie et humiliter supplicaverint;

nosotros? No desconfeis de que certísimamente estarán en vuestro favor nuestros hijos carísimos en Cristo todos los Reyes y Príncipes católicos. Porque habiéndonos suplicado piadosa y humildemente los mas de ellos, que extendiésemos á sus respectivos reinos y dominios el Jubileo, que ya mucho antes habíamos resuelto extender á todo el orbe, siguiendo el ejemplo de los Romanos Pontífices nuestros predecesores; es imposible que dejen de alegrarse, y que dejen de promover tambien con su autoridad, que en los pueblos sujetos á ellos se procure por vosotros con celo pastoral poner en ejecución todas las cosas que se conocen ser muy necesarias para el logro del Jubileo. La sincera piedad, y el amor y afición á lo recto de que es justo esten todos inflamados, los compele, aunque Nos callemos, á defender de todas las injurias á la Iglesia de Cristo, de la que con razon se glorian de ser hijos, y á proteger por obligacion de su dignidad y oficio á los fieles súbditos suyos, especialmente en aquellas cosas que miran á la fe y á la salud

feri non potest, quin ea, quae ad Jubilaei consequutionem pernecessaria cognoscuntur, per vos in populis sibi subditis pastoralis zelo curari gaudeant, ac sua etiam auctoritate studeant promovere. Sincera pietas, rectique amor et studium, quo omnes par est incendi, Nobis etiam tacentibus, eos compellit Ecclesiam Christi, cujus filios se esse jure gloriantur, ab omnibus injuriis tutari, et fidelibus sibi subditis ex debito propriae dignitatis et officii prospicere in iis praesertim, quae ad fidem et animarum salutem spectant. Nullus eorum ignorat scriptum esse: Non est potestas, nisi a Deo. Et alibi. Per me Reges regnant, et legum conditores justa decernunt: per me Principes imperant et potentes decernunt justitiam. Non est qui non videat, experientia ipsa etiam ultimis hisce temporibus manifestissime comprobante, unam eandemque esse causam Ecclesiae, et causam Principum; neque enim reddentur Caesari quae sunt Caesaris, nisi prius quae Dei sunt, Deo fideliter reddantur. Unus igitur sit, Ve-

de las almas. Ninguno de ellos ignora que está escrito: „No hay potestad que no provenga de Dios.” Y en otra parte „Por mí reinan los Reyes, y decretan los legisladores leyes justas: por mí los Príncipes mandan, y los Jueces administran la justicia.” No hay quien no vea, comprobánlo también clarísimamente la experiencia misma en estos últimos tiempos, que una misma es la causa de la Iglesia y la de los Príncipes; pues no se dará al Cesar lo que es del Cesar, si antes no se da fielmente á Dios lo que es de Dios. Sea pues, venerables hermanos, uno mismo en ellos y en vosotros el amor á la Religion, y todos unidos conspirad con energía á procurar la gloria de Dios, la integridad de la fe y las costumbres y la felicidad de los pueblos; y así sucederá, que por esta nuestra publicacion del Jubileo universal y su piadoso logro en cada una de las partes del orbe católico, el reino de Cristo, igualmente que el trono de los Príncipes sea cada dia mas fortificado, mas floreciente y mas engrandecido. Por último á todos vos-

nerabiles Fratres, et in illis et in Vobis religionis amor, unaque in Dei gloriam, integritatem fidei, et morum, atque populorum felicitatem procurandam sancte omnes conspirate; atque ita fiet ut regnum Christi pariter, ac Principum thronus per hanc nostram universalis Jubilaei indictionem, ejusque piam in singulis orbis catholici partibus consequutionem magis in dies roboretur, vigeat, et exaltetur.

Ad vos denique Catho-

otros los hijos de la Iglesia católica se convierte mi palabra, y á todos y cada uno exhortamos seriamente y os rogamos, que pues Nos, siguiendo las huellas de nuestros Predecesores, y condescendiendo con los piadosos votos de todos los fieles, extendemos á todo el orbe católico el cumplidísimo perdón del Jubileo, vosotros no recibais en vano tanta gracia de Dios. Ahora ciertamente mas que en ningun otro tiempo es necesario, hijos dilectísimos, que entreis en vosotros mismos, hagais frutos dignos de penitencia y huigais de la ira verdadera. Esto claman, esto persuaden los mismos males con que ya tiempo hace somos oprimidos, y los mayores tal vez que amenazan á nuestras cervices, sino nos arrepentimos y no mejoramos nuestras costumbres: porque todavía está extendida la mano del Señor. Oid pues esto, naciones todas, prestad atencion, vosotros todos los que habitais el orbe: pues somos embajadores en nombre de Cristo, y os exhortamos en nombre de Cristo, y os rogamos por Cristo, que os reconcilieis con Dios, que

*licae Ecclesiae filii universi, sermonem nostrum conver-
 timus, omnesque et singulos serio hortamur et rogamus,
 ut, cum Nos Praedecessorum nostrorum vestigiis in-
 sistentes, et piis omnium Fidelium votis obsecundan-
 tes ad universum orbem catholiceum amplissimam Jubilaei veniam extendamus,
 vos non in vacuum tantam Dei gratiam recipiatis. Si unquam alias, nunc certe pernecessarium est, filii dilectissimi, redire ad eor,
 facere fructus dignos penitentiae, et fugere á ventura ira. Hoc clamant, hoc suadent ipsa, quibus jamdudum premimur, mala, et quae graviora fortasse cervicibus nostris minitantur, nisi resipiscamus, et ad saniora vere redeamus: nam adhuc manus ejus extenta. Audite igitur haec omnes gentes, auribus percipite omnes, qui habitatis orbem; pro Christo enim legatione fungimur, et hortamur pro Christo; reconciliamini Deo, penitentiam agite, attendite á falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces; ex fructibus eorum cognoscetis eos:*

hagais penitencia, que os guardéis con cuidado de los falsos profetas, los cuales vienen á vosotros con vestido de ovejas, pero interiormente son lobos rapaces; por sus frutos los conoceréis: no os dejéis descaminar por doctrinas varias y peregrinas ó extrañas. Porque os rodean muchos pseudocristos y pseudoprofetas, que simulando apariencia de piedad, niegan la virtud de ella ó renuncian á su espíritu: que fingiendo no impugnar mas que los abusos y supersticiones, procuran destruir enteramente todos los fundamentos de la religion; que os invitan á la libertad y á sacudir el yugo de vuestros Principes, para imponeros, si por desgracia les dais oídos, un yugo gravísimo, y unas prisiones que jamas se romperán. Cercad pites vuestros oídos con espinas, no oigais las lenguas malvadas. Arrojad de vuestras manos todos los libros impios é impuros; porque estos son aquel caliz dorado de Babilonia lleno de abominaciones, en el que se propina á los incautos un veneno mortífero. No os avergonceis de imitar la fe y el ejemplo de

doctrinis variis, et peregrinis nolite abduci. Multi enim vos circumstant pseudochristi, et pseudoprophetæ, qui speciem pietatis simulant, virtutem ejus abnegant; qui abusus tantum, et superstitiones fingentes se impugnare, omnia religionis fundamenta penitus convellere student; qui vos ad libertatem et ad jugum Principum vestrorum excutendum incitant, imposituri vobis, si eos misere audiat, jugum gravissimum, et vincula in æternum non dirumpenda. Saepite igitur aures vestras spinis, et linguas nequam nolite audire. Abjicite de manibus vestris libros omnes impios, et impuros; hi enim sunt calix ille aureus Babylonis plenus omnium abominatorum, in quo propinatur incautis venenum mortiferum. Non pigeat primorum Christianorum fidem, et exemplum imitari, qui evangelicam veritatem et scientiam salutis edocti, libros vanam et fallacem doctrinam continentes, quotquot reperire erat, Apostolis trahebant comburendos. Equinam erit inter Catholicæ Ecclesiæ filios tam deploro-

los primeros cristianos, que instruidos en la verdad del evangelio y en la ciencia de la salud, entregaban á los Apóstoles, para que fuesen quemados cuantos libros hallaban de doctrina vana y engañosa. ¿Quién habrá entre los hijos de la Iglesia católica tan perdido en la fe y en las costumbres, que para conseguir la gracia del Jubileo reuese sacrificar al Señor las abominaciones de los egipcios? A todos vosotros pues una y muchas veces rogamos con instancias por Cristo Jesus, que no menospreciéis las riquezas de la bondad, paciencia y longanimitad de Dios, ó que ignorando ó queriendo ignorar que su benignidad os atrae á la penitencia, no atesoreis para vosotros ira en el día de la venganza: antes bien cada uno de vosotros repase en la presencia de Dios todos sus años con amargura de su alma, llore y llabe los pecados, abjure los errores y deteste los maestros del error y huiga de ellos, en fin de tal modo se convierta á Dios de todo su corazón, que aplacado el Señor, y á correspondencia convertido á su pueblo, se haga

rata fide et moribus, qui ad Jubilaei gratiam consequendam renuat sacrificare Domino abominaciones Aegyptiorum? Omnes itaque in Christo Jesu iterum iterumque obtestamur, ne divitias bonitatis, patientiae, et longanimitatis Dei contemnat, neve ignorantes, aut ignorare volentes, quod benignitas ejus ad penitentiam vos adducit, thesaurizetis vobis iram in die irae: verum unusquisque vestrum recogitet Deo omnes annos suos in amaritudine animae suae, peccata defleat, et abluat, errores ejuret, magistrosque erroris detestetur, et fugiat, sic denique convertatur ad Deum in toto corde suo, ut placatus Dominus et ad populum suum vicissim conversus, illi propitius fiat, atque plurima bona pro flagellis debitis largiatur in hoc saeculo, multo majora in altero largiturus.

todos los libros malos
 para que por estos se
 castigo de la divina
 libro de abominaciones
 el que se propina á los
 cantos un veneno mortifero.
 No os avergonzéis de imi-
 tar la fe y el ejemplo de

propicio con él, y en lugar de los azotes que merecemos, nos dé muchísimos bienes en este siglo, para darnoslos en el otro mucho mayores.

Queremos y determinamos tambien, que las presentes letras sean en todo válidas y eficaces, y que obtengan y causen sus plenos efectos en donde quiera que por los Ordinarios de los lugares fueren publicadas y puestas en ejecución, y que sufraguen plenísimamente á todos los fieles de Cristo subsistentes en la gracia y obediencia de la Silla Apostólica, que moran en los mismos lugares, ó que despues vuelvan á ellos concluida la navegacion ó el camino: no obstante las constituciones y ordenaciones de *Indulgentiis non concedendis ad instar*, y otras Apostólicas y publicadas en los concilios universales, provinciales y sinodales: y las reservaciones generales ó especiales de absoluciones, ó relajaciones ó dispensas: asimismo los estatutos, leyes, usos y costumbres de cualesquiera órdenes, congregaciones é institutos aun de los mendican-

Praesentes quoque literas per omnia validas et effeaces existere suosque plenarios effectus ubicumque per locorum Ordinarios publicatae et executioni demandatae fuerint, sortiri et obtinere, omnibusque Christifidelibus in Apostolicae Sedis gratia et obedientia manentibus in hujusmodi locis commorantibus, si ve ad illa postmodum ex navigatione et itinere se recipientibus plenissime suffragari volumus, atque decernimus; non obstantibus de Indulgentiis non concedendis ad instar, aliisque Apostolicis, et in universalibus, provincialibus, et synodalibus conciliis editis constitutionibus, ordinationibus, et generalibus seu specialibus absolutionibus, seu relaxationibus, ac dispensationibus reservationibus, nec non quorumcumque etiam Mendicantium, et Militarium ordinum, congregationum, et institutorum etiam juramento, confirmatione



tes y militares, aunque es-
ten corroborados con jura-
mento, confirmacion Apos-
tólica ú otra cualquier fir-
meza: tambien los privile-
gios, indultos, y letras Apos-
tólicas concedidas á ellos,
principalmente en las que se
disponga expresamente que
no puedan confesar sus pe-
cados fuera de la propia re-
ligion los profesores de al-
guna orden, congregacion é
instituto referidos. A todos
los cuales privilegios y á ca-
da uno de ellos y á todos
los demas contrarios, los
derogamos plenísimamente
por esta vez y solamente
para el efecto de lo arriba
dicho, aunque para su sufi-
ciente derogacion se hubiese
de hacer especial, específica,
expresa é individual mencion
de ellos y de todos sus te-
nores, ó se hubiese de ob-
servar para esto otra exqui-
sita forma, teniendo los di-
chos tenores por insertos, y
las formas por observadas
exactísimamente.

Queremos tambien, que
á los traslados ó egemplares
de estas mismas presentes le-
tras, aun impresos, firmados
por algun Notario público,
y sellados con el sello de
persona constituida en dig-

*Apostolica, vel quavis fir-
mitate alia roboratis sta-
tutis, legibus, usibus, et
consuetudinibus, privilegiis
quoque, indultis, et literis
Apostolicis eisdem concessis,
praesertim in quibus cavea-
tur expresse, quod alicujus
ordinis, congregationis, et
instituti hujusmodi professores
extra propriam religio-
nem peccata sua confiteri
prohibeantur. Quibus omni-
bus et singulis etiamsi pro
illorum sufficienti deroga-
tione de illis eorumque to-
tis tenoribus specialis, spe-
cifica, expressa, et indivi-
dua mentio facienda, vel
alia exquisita forma ad id
servanda foret, hujusmodi
tenores pro insertis, et for-
mas pro exactissime serva-
tis habentes pro hac vice,
et ad praemissorum effec-
tum dumtaxat plenissime
derogamus, caeterisque con-
trariis quibuscumque.*

*Volumus autem ut ea-
rumdem praesentium tran-
sumptis, sive exemplis etiam
impressis, manu alicujus
Notarii publici subscriptis,
et sigillo personae in eccle-
siastica dignitate constitu-*

nidad eclesiástica, se les dé por todos el mismo crédito, que se daría á las presentes si fuesen exhibidas ó manifestadas.

A nadie pues sea lícito quebrantar ó contradecir temerariamente esta bula de nuestra extension, exhortacion, comision, concesion, derogacion, decreto y voluntad: y si alguno presumiere atentarle, sepa que incurrirá en la indignacion de Dios Omnipotente y de sus bienaventurados Apóstoles S. Pedro y S. Pablo.

Dado en Roma en S. Pedro á veinte y cinco de Diciembre del año de la Encarnacion del Señor de mil ochocientos veinte y cinco, año tercero de nuestro Pontificado.

B. Card. Pro-Datario.

Por el Sr. Cardenal Albani.

F. Capaccini Substituto.

Vista por la Curia.

D. Testa.

tae munitis eadem ab omnibus fides habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur, si exhibitae forent, vel ostensae.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrae extensionis, hortationis, commissionis, concessionis, derogationis, decreti, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicae Millesimo Octingentesimo Vigesimo Quinto Octavo Kalendas Januarii Pontificatus Nostri Anno Tertio.

B. Card. Pro-datarius.

Pro Domino Card. Albani.

F. Capaccini Substitutus.

Visa de Curia.

D. Testa.

F. Lavissario.

- En lugar † del Sello.

Registrada en la Secretaría
de Breves.

Año de la Natividad del
Sr. de 1826 indicción 14 y
día 1.º del mes de Enero
fiesta de la Circuncision del
mismo nuestro Señor Jesu-
cristo, y año 3.º del Pon-
tificado del Ssmo. en Cris-
to Padre y Ntro. Señor el
Sr. Leon XII, por la di-
vina Providencia Papa, las
sobredichas letras Apostóli-
cas fueron fijadas y publi-
cadas en las puertas de las
Basílicas Lateranense y otras,
y tambien en las puertas de
la Cancelaria Apostólica, de
la magna Curia Inocenciana
y en el campo de Flora y
los otros lugares ordinarios
y acostumbrados de Roma
por mí José Cherubini Cursor
Apostólico.

Vicente Benaglia Mag. Cours.

F. Lavizzarius.

Loco † Plumbi.

Registrata in Secretaria
Brevium.

Anno a Nativitate Do-
mini Millesimo Octingente-
simo Vigesimo Sexto, In-
dictione Quartadecima, die
vero Prima Mensis Janua-
rii in Festo Circumcisionis
ejusdem Domini Nostri Je-
su Christi Pontificatus au-
tem Sanctissimi in Christo
Patris, et Domini Nostri
Domini Leonis Divina Pro-
videntia Papae Duodecimi
Anno Tertio supradictae Li-
terae Apostolicae affixae, et
publicatae fuerunt ad valvas
Lateranensis, et aliarum
Basilicarum, itemque ad
valvas Cancellariae Aposto-
licae, Magnae Curiae Inno-
centianae, et in Acie Campi
Florae atque in aliis locis
solitis et consuetis urbis per
me Josephum Cherubini
Apostolicum Coursem.

Vicentius Benaglia Mag. Cours.

DE JUBILÆI EXTENSIONE AD UNIVERSUM

CATHOLICUM GREGEM EPISTOLA ENCYCLICA AD OMNES PATRIARCHAS ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS GRATIAM ET COMMUNIONEM SEDIS APOSTOLICAE HABENTES.

LEO PP. XII.

Venerabiles Fratres salutem et Apostolicam Benedictionem.

Caritate Christi urgente Nos, ut fructus Passionis ejus in omnes, quantum divinitus concessa Nobis, licet indignis, potestate possumus, derivandos curemus; insignibus fidei, pietatis, omnisque virtutis exemplis tum incolarum hujus urbis, tum advenarum, qui frequentissimi pro conditione temporum huc universalis Jubilæi causa convenerunt magnam in spem erecti fore, ut ubique studia eadem Fidelium ad utilitatem animarum suarum, ad Dei et ejus Ecclesiæ gloriam excitentur; votis item vestris obsecundantes, Venerabiles Fratres, et Principum Catholicorum, quibus vera felicitas cordi est gentium sibi subditarum, quemadmodum a fel. record. Prædecessoribus nostris Benedicto XIV. et Pio VI. factum est, Ecclesiæ thesaurorum, uti Romæ elapso anno sacro, ita in universis orbis terræ regionibus aperiendos in Domino putavimus. Proinde Constitutionem ad universos Christifideles edidimus, qua Jubilæi ejusdem indulgentiam extendimus, et quæ pia opera, quoque temporis spatio ad eam consequendam præstari debeant, item permissas arbitrio vestro facultates injuncta opera commutandi, aut redigendi, eorum commodo qui impediti legitime fuerint, indicamus, eamque, ut per Vos cognosci ab omnibus possit, Vobis mittimus. In re autem hujusmodi quam necessaria opera vestra sit, quantaque Vobis contentione sit laborandum, ut felices consiliis nostris exitus respondeant, nihil necesse est dicere. Tantum enim boni ex solempni hac anni sacri celebratione percepturi sunt populi, quantum diligentix studii ad se, uti par est, præparandos adhibuerint; ut autem plurimum ad-

hibeant, id ex curis pendet, quas in id, pro munere officii vestri pastoralis, impenderitis. Agnoscant igitur per Vos quid et quantum illud sit quod eis tribuitur. Ostendite thesauri pretium quem reseramus, et quam facile omnes possint ejus divitiarum esse participes, tum ob amplissimas, quas ministris poenitentiae concedimus facultates peccata remittendi, tum ob ipsam operum naturam, quae imponuntur peccatis expiandis. Scitis quanta fuerit ea in re disciplinae severitas in Ecclesia ante saeculum quartum decimum. *Quicumque pro sola devotione, ait fel. record. Praedecessor noster Urbanus II. in Concilio Claramontano, non pro honoris, vel pecuniae adeptione, ad liberandam Ecclesiam Dei Jerusalem profectus fuerit, iter illud pro omni poenitentia reputetur.* Neque sane aliter tunc concedi plenariam indulgentiam solitam fuisse novimus, quemadmodum verba illa referens doctissimus ac piissimus Dei servus Beatus Josephus Maria Thomasius Cardinalis animadvertit: *Hanc, inquit, plenariam indulgentiam, in qua opus injunctum gravissimum erat sumptibus, incommodis, laboriosissimis itineribus, et imminentibus vitae periculis, ut potius videri possit immutatio poenitentiae, quam hujus absoluta relaxatio. . . . hanc, inquam, plenariam indulgentiam pro terra sancta alii postea Summi Pontifices semper confirmarunt.* Lenitatem pietatis matris Ecclesiae imbecillitatem miserantis filiorum suorum, quae nunc onera tanto leviora ac faciliora pro bonis pretium omne excedentibus imponit, Fidelium considerationi proponentes, illud certe assequemini, ut nemo tam mollis et negligens reperiat, quin bona illa velit tam parvo sibi comparare. Cavendum tamen est diligenter, ne inde occasione accepta, ut verbis utamur Sanctae Synodi Tridentinae, *peccata ipsa leviora putantes, velut injurii, et contumeliosi Spiritui Sancto, in graviora labantur, thesaurizantes sibi iram in die irae.* Quare Ecclesiae quidem ea in re ostendatur liberalitas, sed nihil omnino diligentiae, atque industriae negligatur, quo redigant homines in memoriam quaecumque contra Dei legem commiserunt, eaque dolentes ex animo, ac detestantes integre ac sincere confiteantur; atque inde magis ad admirandam amandamque Dei benignitatem excitentur, qui se tam facilem ac placabilem praebat iis, qui nunquam satis plectenda impietate semel a peccati, et Daemonis servitute per Baptismum liberati, et accepto Spiritus Sancti dono, scienter templum Dei violare, et Spiritum Sanctum contristare non formidaverint.

Eam ob causam exemplum secuti Praedecessorum nostrorum, solemnii indicto Jubilaeo, divinum auxilium ad prosperum tan-

ti operis exitum publice implorari jussimus, sine quo nihil ejusmodi humana potest imbecillitas, et frangi populo panem verbi Domini tum in templis, tum in plateis, quo ministrorum ope salutis animarum zelo flagrantium, et catholicam de Indulgentiis, ac Jubilæo doctrinam doceretur diligenter, et de omni Christiani instituti admoneretur officio, et ad sinceram poenitentiam gravissima oratione excitaretur.

Sibi igitur unusquisque vestrum, Ven. Fratres, hoc potissimum in tempore illud Prophetæ dictum putet: *clama, ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuam, et annuntia populo meo scelera eorum, et domui Jacob peccata eorum*: et ipsi per Vos, quoad poteritis, et monitu vestro sacri oratores, quos elegeritis verbis ac vita ad movendos animos maxime idoneos, inculcent auribus omnium, quod omnibus comminatus est Christus: *nisi poenitentiam habueritis, omnes similiter peribitis*. Doceant, idipsum, nos ut poeniteat, petere supplicii prece oportere, quod implorabat verbis illis Propheta: *converte nos Domine ad te, et convertemur*: ostendant, quanta in Deum injuria sit peccatum: incutiant salutarem animis terrorem severitate proposita divini judicii, ac suppliciorum acerbitate, quæ parata sunt morientibus in peccato suo: excitent vero spem in omnibus ab infinita Dei bonitate impetrandæ misericordiæ, qui se expectare affirmat, ut misereatur, cujus sunt voces illæ dulcissimæ: *convertimini, et agite poenitentiam ab omnibus inquinamentis vestris, et non erit vobis in ruinam iniquitas. Projicite a vobis omnes prævaricationes vestras, in quibus prævaricati estis, et facite vobis cor novum, et spiritum novum . . . Quia nolo mortem morientis, dicit Dominus Deus: revertimini et vivite*. Ex quo illud facile consequetur, ut agnoscat, quam dignus amore sit pater adeo bonus ac misericors, indeque subeat consideratio, quam indigna tanta bonitate ratio sit eum offendere; dolor denique intimus oriatur, ac detestatio peccatorum, certa que ac deliberata voluntas vitam et mores emendandi.

Ita internæ ostensa poenitentiae necessitate, ad eamque comparatis Fidelium animis, de eadem quatenus sacramentum est, diligenter doceantur. Admoneant eos ministri verbi Domini, æque necessarium esse illud degenerantibus post Baptismum, quam Baptismum ipsum nondum regeneratis, merito proinde dictum *secundam tabulam post naufragium*, qua una in aternæ salutis portum liceat pervenire: ostendant quo sensu doloris et humilitatis, qua fide, qua integritate confiteri peccata sua debeant; neque illud docere prætermittant, con-

fessionem generalem persæpe utilem esse, certis autem in casibus omnino necessariam: abluta vero per absolutionem culpa æternaque pœna condonata, temporalem plerumque superesse ita omnino divina exigente justitia, ut pœnis saltem tempore definitis puniantur ii, quorum sceleribus nec ipsa nullis definita temporis finibus supplicia satis digna fuissent. Sic præparatis animis, Fideles sancti Jubilæi fructus adipisci poterunt: sed ut opera qua par est pietate fiduciaque suscipiant, per quæ hoc tantum boni sint adepturi, vestrum erit efficere, ut intelligant ac certum et persuasum habeant, relictum esse Ecclesiæ a mediatore Dei et hominum Christo Jesu inexhaustum meritum suorum thesaurum, quibus et merita accedunt Beatissimæ Virginis Genitricis ejus, Sanctorumque omnium vi copiosæ apud Dominum redemptionis eo dignitatis evector, cujus divitias hominibus dividere, in ejus esset potestate, quem Christus ipse visibilem pro se invisibili in eadem Ecclesia caput constituisset; ejus nempe prudenti arbitrio merita illa modo amplius, modo arctius applicari vivis ad modum absolutionis, mortuis ad modum suffragii posse, siquidem illi per Sacramentum pœnitentiæ culpam eluissent, æternaque pœna essent absoluti, hi vero si cum Deo caritate conjuncti migrassent e vita: in ea vero meritum illorum applicatione indulgentiam esse positam, per quam temporales pœnæ apud divinam justitiam peccatis debitæ plus minusve relaxantur, pro modo applicationis a dispensatore thesauri illius Romano Pontifice constitutæ, et quam Fideles ad eam afferant, præparationis: denique plenariam esse indulgentiam Jubilæi, et ab aliis etiam plenariis indulgentiis distinctam, quæ in modum Jubilæi conceduntur, propterea quod anno solemnibus remissionis, qui Jubilæus dicitur, amplior Pœnitentiæ ministris ad hoc ipsum constitutis tribuitur facultas a peccatis absolvendi, et vincula atque impedimenta relaxandi, quibus non raro confitentium conscientia implicatur: dum autem universi Christiani populi in cœlum ascendit deprecatio, certior in omnes ampliorque placati pœnitentiæ Domini descendit miseratio.

Atque hæc quidem, Ven. Fratres, docendi sunt populi; sed ut, quæ docti fuerint, efficere cum fructu possint, quam necessaria sit apta et opportuna Sacerdotum opera, apud quos confiteri peccata sua debeant, probe intelligitis. Quamobrem curandum sedulo Vobis est ut ii, quos ad confessiones audiendas deligatis, ea meminerint ac præsentent, quæ de ministro Pœnitentiæ præcipit Prædecessor noster Innocentius III., ut scilicet *sit discretus et cautus; ut more periti medici similiter*

infundat vinum et oleum vulneribus sauciati, diligenter inquirens et peccatoris circumstantias et peccati, per quas prudenter intelligat, quale illi debeat consilium præbere, et ejusmodi remedium adhibere diversis experimentis utendo ad sanandum egrotum; habeatque præ oculis documenta illa Ritualis Romani, videat diligenter Sacerdos, quando et quibus conferenda, vel neganda, vel differenda sit absolutio, ne absolvat eos qui talis beneficii sunt incapaces, quales sunt qui nulla dant signa doloris, qui odia et inimicitias deponere, aut aliena, si possunt, restituere, aut proximam peccandi occasionem deserere, aut alio modo peccata derelinquere, et vitam in melius emendare nolunt; aut qui publicum scandalum dederunt, nisi publice satisfaciant, et scandalum tollant. Quæ quidem nemo non viderit quam longe ab eorum ratione distent, qui, ut gravior aliquod audiunt peccatum, aut aliquem sentiunt multiplici peccatorum genere infectum, statim pronuntiant se non posse absolvere: iis nempe ipsis mederi recusant, quibus maxime curandis ab eo sunt constituti qui ait: non est opus valentibus medicus, sed male habentibus; aut quibus vix ulla scrutandæ conscientiæ diligentia, aut doloris, ac propositi satis videtur significatio, ut absolvere se posse existiment; ac tum demum tutum se cepisse consilium putant, si homines in aliud tempus absolvendos dimiserint. Si enim ulla in re servanda est mediocritas, in hac potissimum servetur necesse est, ne vel nimia facilitas absolvendi facilitatem afferat peccandi, vel nimia difficultas alienet animos a confessione, et in desperationem salutis adducat. Sistunt se quidem multi Sacramenti Pœnitentiæ ministris prorsus imparati, sed persæpe tamen hujusmodi, ut ex imparatis parati fieri possint, si modo Sacerdos viscera indutus misericordiæ Christi Jesu, qui non venit vocare justos sed peccatores, sciat studiose, patienter, et mansuete cum ipsis agere. Quod si præstare prætermittat, profecto non magis ipse dicendus est paratus ad audiendum, quam cæteri ad confitendum accedere. Imparati enim illi tantummodo sunt judicandi, non qui vel gravissima admiserint flagitia, vel qui plurimos etiam annos abfuerint a confessione; misericordiæ enim Domini non est numerus, et bonitatis infinitus est thesaurus; vel qui rudes conditione, aut tardi ingenio non satis in se ipsos inquisierint, nulla fere industria sua id sine Sacerdotis ipsius opera assecuturi; sed qui abhibita ab eo necessaria, non qua præter modum graventur, in iis interrogandis diligentia, omnique in iisdem ad detestationem peccatorum excitandis, non sine fuis ex intimo corde ad

Deum precibus, exhausta caritatis industria, sensu tamen doloris ac poenitentiae, quo saltem ad Dei gratiam in Sacramento impetrandam disponantur, carere prudenter judicentur. Quocumque autem animo sint qui accedant ad ministrum Poenitentiae, nihil ei magis cavendum est, quam ne sua culpa diffusus quispiam Dei bonitati, aut Sacramento reconciliationis infensus discedat. Quare si justa sit causa, cur differenda sit absolutio, verbis quoad poterit, humanissimis persuadeat confessis necesse est, id et munus officiumque suum, et eorum ipsorum salutem omnino postulare, eosque ad redeundum quam primum blandissime alliciat, ut iis fideliter peractis, quae salubriter praescripta fuerint, vinculis soluti peccatorum gratiae caelestis dulcedine reficiantur. Aptissimo ejus caritatis exemplo inter ceteros esse potest S. Raymundus de Pennafort, quem insignem Sacramenti Poenitentiae ministrum appellat Ecclesia. *Cognitis peccatis, inquit adsit (confessarius) benevolus, paratus erigere et secum onus portare, habeat dulcedinem in affectione, pietatem in alterius crimine, discretionem in varietate, adjuvet confitentem orando, elemosinas et cetera bona pro eo faciendo, semper eum juvet leniendo, consolando, spem promittendo, et cum opus fuerit, etiam increpando.*

Hujusmodi vero accepti patientia, ac benignitate caritatis peccatores aequiore etiam animo poenae se subjicient, quae sibi satisfactionis nomine irrogabitur. Animadvertant enim necesse est, non eam esse vim ac naturam Jubilaei, ut per ejus indulgentiam omni solvantur homines obligatione offensae peccatis Dei justitiae satisfaciendi, quasi vero quae poenitentibus ejus rei causa a Sacerdotibus Sacramenti ministris per id tempus injunguntur, praestare necesse non sit. Nam ad Sacramenti integritatem pertinet satisfactio illa, neque profecto alia Nobis mens esse potest, dum permissa a Christo potestate de severitate debitae poenae per indulgentiam remitimus; nisi ut illi dumtaxat tanto fruatur beneficio, qui omnia impleverint, quibus, eodem Ecclesiam suam docente Christo, didicimus velle justitiae suae Deum per infinita ipsius Filii sui Redemptoris nostri merita satisfieri. Revocanda igitur vobis sunt in memoriam Poenitentiae ministris, verba illa S. Concilii Tridentini: *debent Sacerdotes, quantum prudentia suggererit, pro qualitate criminum, et poenitentium facultate, salutare et convenientes satisfactiones injungere*: et quod docet Catechismus ejusdem S. Concilii, in irroganda scilicet satisfactionis poena nihil sibi suo arbitratu statuentum esse, sed omnia justitia prudentia et pietate dirigenda, qua ut regula peccata metiri videantur, et poenitentes suorum scelerum gravitatem agnoscant, operae pretium esse eis interdum sig-

nificare quæ poenæ quibusdam delictis ex veterum canonum præscripto qui poenitentiales vocantur, constitutæ sint; universæque satisfactionis modum culpæ ratione temperandum.

Quam in rem illud etiam hoc præsertim tempore misericordiæ, et remissionis opportune admonebuntur Sacerdotes, quod ait Doctor Angelicus: *Melius est quod Sacerdos poenitenti indicet quanta poenitentia esset sibi pro peccatis injungenda, et injungat nihilominus aliquid, quod poenitens tolerabiliter ferat.* Quod ipsum antea docuerat Chrysostomus: *Si nulla ex parte (inquit) parcere volens debitam adhibueris sectionem, fiet sepe, ut animum ille doloris impatientia despondens, atque adeo omnia simul detrectans cum pharmacum, tum vinculum se ipse precipitem ferat, contrito jugo, et confracto laqueo. Equidem, complures recensere possim quos constat in extrema mala adactus non ob aliud, nisi quod digna ab eis poena, et quæ peccatis pepertratis par esset, exigeretur.*

Huc vero cum pertineat saluberrima hæc, quæ nobis divinitus facta est, potestas merita Dei et Hominis Christi Domini, et Sanctorum ejus dispensandi, ut partibus omnibus impletis Sacramenti Poenitentia, quidquid poenæ adhuc sibi luendum superserit peccatorum supplere Fideles possint; date operam, ut intelligant, qua ratione, quo ordine, qua pietate, quæ ad id injuncta fuerint, sint exsequenda. Discant supplicationes hæc, quæ ad certas sacras ædes faciendæ præscribuntur, instar esse quoddam stationum illarum, quæ priscis Ecclesiæ temporibus fieri solebant, cum mos fuit fidelium, ut certis diebus includerent se in sacris ædibus, ibique jejuni orantesque, et annos suos recogitantes in amaritudine animæ suæ usque ad vesperam perseverarent.

Quod si nunc temporis Ecclesia tanto minus requirit a filiis suis ad hoc etiam, ut plenariam consequi indulgentiam possint, id non ita sane est interpretandum, quasi minorem existimet nunc, quam antea, debere nos Deo compensationem pro peccatis; sed dum laboriosa opera mitigat misericordia, quantum de asperitate remittit exterioris satisfactionis, tantum conari vult homines, ut intensioris vi contritionis piique ardore studii exequendorum, quæ imperaverit, operum interiori profectui afferant animorum.

Atque ad hoc illud refertur, quod inter injuncta opera Sanctissimæ Eucharistia perceptio numeretur, qua, cum ipse in ea fons cœlestium omnium charismatum, ac donorum Christus Dominus contineatur, nulla profecto efficacior res est ad ignem excitandum perfectæ caritatis: ex quo liquet quantopere in eam

